

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Item in eodem mense VII die sabbato: beatus papa Leo: Sermo

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

& dñ filius hominis est. ut & homo
xps. per diuinitatis suae potentia
dimittere peccata possit. & idem
dñ xps. per humanitatis suae fragi
litatem pro peccatoribus mori.
Ait paralytico. Tibi dico. surge tolle
lectum tuum. & uade in domum
tuam. Spiritualliter delecto sur
gere est. animam se carnalibus
desideriis. ubi aegra quiescebat
abstrahere. Lectum uero tolle
re est. ipsam quoq. carnem per
continentiae frena correptam.
spe caelestium premiorum. deli
cuis priuare terrenis. Ipse est
enim lectus qui per singulas
noctes lauatur. ad auid. id est
pro unius cuiusq. noxae maculis
digno paenitentiae flumine casti
gatur. Sublato autem lecto
domum ire. ad paradysum redire
est. Ipsa est enim uera domus. que
prima hominem suscepit. non uire
admissa sed fraude. tandemq.
restituta per eum qui fraudulen
to hosti nihil debuit. **Aliter.**
Sanus qui languerat lectum repor
tat domum. cum anima pecca
torum remissione accepta. ad in
ternam sui custodiam. cum ipso
se corpore refert. ne post uenia
quidunde iterum iuste feriatur
admittat. Et confestim sur
gens coram illis tulit in quo iace

bat. & abiit in domum suam magni
ficans dñm. & cetera.

Mira diuinae potentiae uirtus. ubi
nulla temporis inter ueni
ente morula. iussa saluatoris
salus festina comitatur. Merito
qui ad fuerant damnati blasphemae
iaculis. ad laudem tantae
maiestatis stupentia corda con
uertunt.

**LXXXV. IN EO D MENSE VII.
DIE SABBATO.**

SER BIA PAP LEONIS.
CIO quidem dilectissimi
plurimos uestrum. ita
in his quae ad obseruantiam
christianam pertinent
esse deuotos. ut nostris
cohortationibus non in
digeant admoneri.

Quod enim dudum & tradi
tio decreuit & consuetudo firma
uit. nec eruditio ignorat. nec pie
tas praetermittit. Sed quia
sacerdotalis officium est erga om
nes ecclesiae filios. curam habere
communem. in id quod & rudibus
profit & doctis. quos simul dili
gimus pariter incitamus. ut ie
iunium quod nobis septimi
mensis recursus indicit. fide
alacri per castigationem animi
& corporis caelebremus.

Quamuis enim de minutio cibi.

31
carnem propriae uideatur
afficere: nihil tamen corporeis
sensibus uel conceditur uel nega-
tur. quod non sicut adseruentem
ita pertineat adiubentem.

Cum itaq; unus quisq; homo du-
plicem in se legem habeat conti-
nentiae: nihilq; actionum nostra-
rum ad solum corpus. multa
autem ad solum referenda sint
animum: prudenter debemus
aduertere. quam indecens quaq;
iniustum sit. si quod a superiore
indicitur. ab inferiore neglegi-
tur. **V**t autem mens rationa-
bilis salubriter exteriora casti-
get. debet & iam propria exerce-
re ieiunia. **Q**uia non solum
carnis desiderus. sed & iam animi
cupiditatibus conuenit repug-
nare. dicente scriptura.

Post concupiscentias tuas noneas.
& a uoluntate tua auertere.

Ieunans ergo ab his quae caro
expetit. ieiunet & ab his quae
male interior substantia concupis-
cit. **P**essimus enim animae
cibus est. uelle quod noluit & noxia
cordis delectatio est. quae aut
turpi lucro pascitur. aut super-
bia extollitur. aut uultione letatur.

Quam uis enim his affectibus mo-
tus quoq; corporis seruiant. ad
originem tamen suam cuncta

respiciunt: & ibi censeatur qua-
litas actionis. ubi uentur in iti-
um uoluntatis. quam a prauis de-
sideris reuocare. optimum maxi-
mumq; ieiunium est. **Q**uia tunc
est edendi abstinentia fructuo-
sa. quando exterior parcitas.
atemperantia interiore proce-
dit. **C**elebratur igitur dilectis-
simi uerum & spiritale ieiunium.
quod & corpus & animam sui puri-
tate scilicet. **C**ordis nostri se-
cretarum memur. & quibus rebus
aut contristentur aut gaudeant.
iusto discutiarnus examine.

Ac si quis amor uanae gloriae. si
quae radix auaritia. si quod in est
uirus inuidiae. nihil talium am-
ma sumat escarum. sed uirtutum
intenta delicis. caelestes epulas
terrenae praesentis uoluptati.

Agnoscat homo sui generis digni-
tatem. factumq; se ad imaginem
& similitudinem sui creatoris
intellegat. **N**ec ite demise-
rus quas per peccatum illud
maximum & commune incidit
expauescat. ut non se admiseri
cordiam sui reparatoris adtol-
lat. **I**pse enim dicit. scilicet estote.
quia scilicet sum. **H**oc est. me intel-
legite. & in his quae mihi displi-
cent. abstinete. **F**acite quod
amo. amate quod facio.

Et cum uidetur difficile esse
quod iubeo. adiubentem recurrere.
ut unde datur. praeceptum. pres-
tetur auxilium. Non negabo
opem. qui tribui uoluntatem.
Ieiunate ab aduersis. abstinete
a contrariis. ego sum cibus uester
& potus. Nemo quae meae sunt
inefficaciter concupiscat. qui
enim ad me tendit. ex mei parti-
cipatione me quaerit. His
dilectissimi cohortationibus qui-
bus uos ad bona incommutabilia
& ad gaudia inuitat aeterna ple-
nae sunt omnes diuinarum pagi-
ne litterarum. & hoc nobiscum
agit testamenti utriusque doctri-
na. ut in heremus ueris & conti-
neamus auanis. Non enim ad
prehendi potest quod promitti-
tur. nisi custoditum fuerit quod
iubetur. Quia autem iustus.
quam ut homo cuius fert imagi-
nem. faciat uoluntatem. & per
abstinentiam cibi. ieiunet a lege
peccati. Ideo enim ipsa continen-
tiae obseruantia. quattuor est
ad signata temporibus. ut in id
ipsum totius anni redeunte
decursum. cognosceremus nos inde-
sinenter purificationibus indi-
gere. Semperque esse intendu-
m in huius uitae uarietate
iac tremur. ut peccatum quod

fragilitate carnis & cupiditatum
pollutione contrahitur. ieiunus
atque elemosinis deleatur.

Esuriamus paululum dilectissimi.
& aliquantulum quod iuuandis
possit prodesse pauperibus. nostrae
consuetudini subtrahamus.

Dilectio proximi. dilectio dei est.
qui plenitudinem legis & prophe-
tarum. in hac geminae caritatis
unitate constituit. ut nemo am-
biget & deo se offerre. quicquid
homini contulisset. dicente domino
saluatore. cum de alendis iuuandis
et pauperibus loqueretur.

Quod uni horum fecistis. mihi fecistis.

**ITEM IN EODEM DIE SAB-
MENSIS SEPTIMI.**

LEC SCAI IUA SIC IUCAM.

In illo tempore. Dicebat ihesus tur-
bis similitudinem hanc. Arbo-
rem fici habebat quidam plan-
tatum in uinea sua. & cetera.

**LXXXVI OMNIA BEATI GREGORII
PAPAE DE EADEM LEC-
TIONE.**

Dominus & redemptor
noster per euange-
lium suum. aliquan-
do uerbis loquitur.
aliquando rebus.

Aliquando aliud uerbis. atque
aliud rebus. aliquando autem
hoc uerbis quod rebus.